

sed & lacteus circulus cæteraque militia caeli. una uice plus terrae
orbem. quam sol ipse circũeat. Extra hos sane circulos solis tres.
duos utrobique circulos septentrionalem ponunt & australem.
Quorum septentrionalis semper nostris uisibus apparens. non solis
sed arcturi. & quae circa eum sunt stellarum ambitu conficitur.
Et quia uicinitate caræ solis. frigidus eẽ non cessat. Cui similis est
australis. & ipse oblonginquitatem solis gelidus. obque terrae
obiectum nobis semper absconsus. De quo utroque in dĩ laude dicit.
Qui facit arcturum. & oriona. & hyadas. & interiora austri. & ali
bi. Qui extendit aquilonem super uacuum. Meminit horum &
poæa. Quinque tenent caelum zonae. Quarum una corusco
semper sole rubens. & torrida semper abigni; ipsa est aequinocti
alis. Quam quia semper sol aut praesens aut hinc uel inde uicinus
inlustrat. Nimirum subiecta terrarum exusta flammis. & cre
mata comminus uapore torrentur. Quam circum extremae
dextra leuaque trahuntur. Ceruleae glacie concreæ atq; im
bribus atris. Septentrionalem dicit & australem. quibus subiec
ta omnia ob solis molliorumque siderum absentiam. infesto rigo
re & gelu praemuntur aeterno. Teste ipso mari congelato. quod
ab insula thyle diei unius nauigatione distat ad boream. Has in
termediamque duae mortalibus egris. Munere concessedi uũ.
Sol stitialem & brumalem significat. quae uicin a utrimq; fer
uentis & gelidarum sunt. iii temperatae. Ideoque ambas di
cunt habitabiles. idest habitationi habiles. & nec frigoris im

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0126